



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Christina Virg. Mart. 24. Iulii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

cantem è cælo manum commodare VI RG O pa-
rident non dubitarit. Ipsa Matris officio tum se
functam putavit , cùm D E O prolem transcriptis-
set. Filiū certè , cuilacrymis cælum emollierat.
ipse D E V S filium lacrymarum vocavit. Iam quoties
illam loqui homini contigit graviori labe asperso-
oberrare ipsam naribus Mephitim credidit , adeò
mæle olentes animos sceleratirahitis! A morte con-
jugis novas religiosè vivendi leges viris virginis
busque scriptis , quas ipse Legislator C HRISTVS
illi dictavit , cui etiam præsenti , anno suprà
M. CCC. LXXIII. animam reddidit. Mortem il-
lius orbis idè minus tunc ægri tulerit , quod vivere
etiam mortuam in filiâ Catharinâ crederet. Ex Su-
rio.

Que anima semel didicit Dei presentiam suffi-
cere , & querere faciem eius semper , nescio an vel
ipsam gehennam experiri ad tempus horribilium du-
cat , quam post hujus studii gustatam suavitatem
exire denuo ad illecebras , vel potius molestias car-
nis. S.Bern.serm.25.in Cant.

S. CHRISTINA VIRG. MART.

24. Iulii.

D icite , quotquot Musas colitis , quid virgine
felicius si Doctorem habere Angulum mere-
tur? Certe Virgo C HRISTINA habuit , & Christiana
doctrinæ rudimenta cùm ediceret , ab ore An-
geli peperit. Nempe sic ipsi Diis quoque (quos
argenteos aureosque parens habebat) rectè uti
didicit , quando fractos in frusta pauperibus jussit
cedere , docuitque hos ipsos rectè denique morta-
libus proprios esse : jam parentis furorem ut for-
tier exceptit Alapæ , vincula , unci , rotæ , flammæ .
veli-

velitationis speciem præbuere. Et in hâc ipsâ cùm truncas corporis partes in vultum (hostis dicam an parentis?) projiceret, an non in vito extorque verecundiam potuit? Angelideinde manu persa-nata an non iterum provocare hostem? Sed totâ ecce acie mors occurrit: in lacum Vulsinum preceps agitur, molaricollo appenso. Vincit videlicet maria etiam virtus, & gaudet CHRISTINA à Christo toto lacu nunc baptizari, quæ omni sanguine nuper. Quid quod in columnis enatatur, patens morte infelici stygiis undis mergitur? Quid ages, qui in officio pariter & odiis succidis Dion? quid liliane, oleum iterum ardens affundis? cùm opera perdis, picem ingeris? Christo adhæret, fornacem paras isterum cantus inter flamas audis, serpen-tes cogis? jam stygios vicit. Vbera reseras? non eget his virgo. Sagittis denique petis? pennas ad-dis in cælum volanti. Si nescis, illa tibi, illi meta cælum est. Ex Mart. Rom. Adone & Petr. de Natal.

Elige illum amicum pra omnibus amicis tuis, qui cùm omnia subtracta fuerint, solus tibi fidem servabit in die sepulture tua, cùm omnes amici tui ren-dent à te, ille te non dereliqueret, sed tuebitur à re-gientibus preparatis ad escam. S. Aug. M. a. c. 24.

S. CHRISTINA MIRABILIS.
24. Iulii.

REDE Orbis CHRISTINAM mirabilem dicit quando talis etiam est vita ejus. Tu quoque mecum mirare. In Hasbaniâ & nata & denata postquam oculis purgantium animarum in piacularibus flammis tormenta arbitrata est, patulum cælum habuit, nunquam excludenda, si semel mo-dò ingredi libuisset. Sed commiseratio, quam in-